

COMMENTATIO.

§. I.

Mos Gentium
res gestas car-
minibus com-
plecti.



Mnibus gentibus, imprimis quoque Teu-
tonicis & Celticis semper in usu fuit, re-
rum gestarum memorias carminibus ce-
lebrare & posteris relinquere. Quem mo-
rem ex Oriente Celtas transportasse, Gomeri quippe
posteros, probabile est. Idem enim Orientalibus
populis in usu. Celebre est Epinikion Mosaicum ex-
extincto Pharaone, *Exod. XV.* Antiquius illo idem
Moses *Numer. XXI. 27.* refert ex Annalibus Amorhæo-
rum, quum Schon, Rex Amorhæorum contra Re-
gem Moab victoriâ potitus fuisset; ait: *Idcirco dici-
tur in proverbio, i. e. carmine vulgari, Epinikio:*

Venite in Hesebon:

adificetur & construatur civitas Schon.

Ignis egressus est de Hesebon,

Flamma de oppido Schon:

*Et devoravit Ar Moabitarum & habitatores
excelsorum Arnon:*

Vae tibi Moab,

peristi popule Charmos.

Dedit filios suos in fugam:

*Et filias in captivitatem Regi Amorrhæorum,
Schon.*

Iugum eorum disperiit ab Hesebon usq. Dibon.

Lasi pervenerunt in Nophe & usq. Medaba.

Celtarum
quoque.

§. II. Teutones quod attinet, nota sunt Corn.
Taciti de *Mor. Germ. c. 3.* & Cluverii congesta *Lib. I.*
Germ. Antiq. c. Ll. Jornandes de *reb. Getic. c. V.* Gotho-
rum studium fuit primum, inter alias gentes vicinas ar-
cus